

me subsisterent, sibi que, si tantum comparassent me-
dicæ cognitionis, mirum in modum placerent. Ad-
didisti, aut præmisisti potius philosophiæ tum funda-
menta, tum solidiora præcepta. Iunxisti, quod hodie
faciunt paucissimi, litteras, quas humaniores vocamus,
secutus hac in re rara superioris nostræque ætatis exem-
pla *Conringii, Reinesii, VVedelii, Tollii, VVormii, Rud-
beckii, Iunii, Smetii, Becani, Brunii, Connori, Dickinsonii,
Bartholini, Patinorum*: neque minus facultatis latinæ
linguæ acquirendæ mirifice studiosus fuisti. Quæ
ita se habere, *dissertatio*, quam *de hyperico* conscripsisti,
satis luculenter demonstrat. Quod ego insigni variæ
locupletissimæque eruditionis tuæ specimen, & mu-
nus nuper dignissimo creditum ex animo tibi gratulor,
optoque, ut dignam mente tua moribusque tuis sem-
per fortunam experiaris: quæ ne mei obliuionem
pariat, sed memoriæ potius atque beneuolentiæ sta-
biliat atque confirmet, est, quod etiam atque etiam te
monitum rogatumque velim. Vale. Dab.

Ienæ e museo d. XXVIII. Ianuar.

clō lōcc xvi.

